



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCII.

Parisiis, 1644

Statvta Ecclesiae Antiqua.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15256

- LXXXVI. *Vt nuper baptizati caste & continenter viuant.* XCIV. *De his qui oblationes defunctorum ecclesis fraudant.*
- LXXXVII. *De catholicis, qui causam apud infideles proponunt.* XCVI. *De accusatore & accusato.*
- LXXXVIII. *De his qui ecclesia pretermissa ad spectacula pergunt.* XCVII. *De eo qui religiosis feminis prescitur, vt probetur.*
- LXXXIX. *De his qui auguriis, vel incantationibus, vel iudaicis superstitionibus seruiunt.* XCVIII. *Vt laicus presensibus clericis non doceat.*
- XC. *De energumenis.* XCIX. *Vt mulieres publice docere non presumant.*
- XCI. *Item de energumenis.* C. *Vt mulieres baptizare non presumant.*
- XCII. *De victu energumenerum.* CI. *De viduis, adolescentibus & infirmis.*
- XCIII. *Vt oblationes discordantium non recipiantur.* CII. *Ne clerici viduarum familiaritati associentur.*
- XCIV. *Vt oppressorum pauperum oblationes non suscipiantur.* CIII. *De viduis qua ecclesia stipendiis sustentantur.*
- CIV. *De viduis qua professa continentiam, prauaricata sunt.*

Pro vniuersorum capitulorum sequentium titulo vniuersali ponebatur, tam in Gamblacensi cœnobii codice, quam S. Bauonis in Gandauo, solum istud.

STATVTA ECCLESIAE ANTIQVA.

AVGUSTO Honorio quarto & Eutychiano consulibus, sexto Idus Nouembris, cum Aurelius episcopus in Concilio vniuersali, Carthagine in secretario cum omnibus consacerdotibus suis confedisset, placuit cum eo cunctis qui fuerunt in eadem sancta Synodo, constituere hæc, quæ ad ordines ecclesiasticos canonicis sunt necessaria disciplinis. Ibi in principio constitutum est, qualis ordinari debeat episcopus.

CAPITVLA.

I.

Qui^d episcopus ordinandus est, antea examinetur, si natura sit prudens, si docibilis, si moribus temperatus, si vita castus, si sobrius, si semper suis negotiis^{*} cauens, si humilis, si affabilis, si misericors, si literatus, si in lege Domini instructus, si in scripturarum sensibus cautus, si in dogmatibus ec-

Diffin. 23.
Qui episcopus ordi-
nan.